

Quantos, Vir Nobilissime & Amplissime, rerum  
 præclararum iudicij estimatores erga redditionem,  
 tantos erga te merito tuo amores gerunt. Quod ut verum, ita &  
 confortum est ipis qui, quoties virorum doctorum Canonum fama celum  
 adire consuevit, clarissima nomina receduntur, toties tuum imprimis  
 celeberrimis doctum titulis involvi observant. Quam ob rem tantas in  
 animis nostris, præsertim vnderandi Parentis mei Theodori Croeser,  
 Medicinæ doctoris & chirurgi, ante annos septem auspicijs tuis, ut  
 gloriose memoria Celsissimi Principis Auriaci filia Scoliofi labo-  
 ranti, consiliū operamq; suam adhiberet, vocati, fama tua distinctio  
 radices egit, ut singulis fore momenti Nobiliss: Amplitud: Tuæ non  
 in memoriam nobis redocet, & quasi vivum de oculos ponat. Hoc ex-  
 stimulavit me, animūq; mihi addidit, ut, quamvis adolescens, & nuperus  
 Academicarum lectionum auditor, ausus fuissim hæcæ Physicas, de  
 Materia rerum naturalium prima, positiones, sub presidio Celeberrimi  
 & doctissimi Viri D. Adami Stewarti, philosophiæ professoris  
 in hac Academia primarij, a me, in publico Auditorio pro tenuitate  
 meâ defensas, Nobilissimæ Amplitudini Tuæ dedicare & inscribere.  
 idq; eo magis, ut Reverendi istius presidis mei, & regionibus  
 extoris ad nos huc addicti insignis in philosophia Aristotelica quæ  
 auctoritate Nobilissimorum D. D. Curatorum, & Senatûs Academici  
 iudicio in Academia hac, ab ipsis ejus incutabilis obtinet, eruditio  
 acumenq; ingenij ipsius, & subactum iudicium Nobilissimæ Am-  
 plitudini tuæ, ex eorum vitione aliquando innotescat; præter  
 itaq; obnixè, & quæ possim animi submissione, ut positiones istas,  
 cum per diem licebit, legere, & in ijs acimendi graduj istius  
 philosophi cognoscere digneris, in quæ benivolentia generosâ &  
 præclaris animis plurimq; ingentia, quamvis immeritum & indignum  
 complecti, quod insur stimuli sit mihi, ut eo alacrius ab hisca  
 in ijs ad altiora contendam; & hanc libertatem mihi, quæ tua  
 est humanitas, condones. Quod super est Vir Nobilissime &  
 Amplissime Deum tæ opt: Max: ex animo benror, efficiat  
 clementi gratiâ suâ ut diu beatè hic vivas, quò eminentia  
 dona tuâ publico bono, & Celsissimo Principi longo tempore  
 impendere valeas & cursu pietatis in hoc studio fideliter &  
 constanter peracto, beatiori tandem in celis vita in  
 æternum perfruaris. Sic vovet ex animo

Datum Lug. Bat.  
 ad diem 1. Februa:  
 1646

Tuis si enim aliquatenus inter tuos  
 admittere non dedignaris humillimus  
 cliens, Nobilissimæ Amplitudini Tuæ  
 observantissimus  
 Daniel Croeser.

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is written in a cursive script and is mostly obscured by the paper's texture and color.]*

*[Faint handwritten notes or numbers in the bottom right corner, possibly including a date or reference number.]*



Edele Heer

Mijn Heer Constantijn Hugens  
Ridder, Heer Van Züllichem Raet-  
ende Secretariüs Van sijn Hoogheijt  
de Prins Van Oranjen

Hage